



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

IV. Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

bus, sed a suis propriis, per annos singulos chrisma petant, appropinquante solennitate paschali: nec per quemcumque ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per subdiacōnem: quia inhonorū est inferioribus summa committi. Optimum autem est, ut ipse suscipiat, qui in tradendo vsurus est. Si quid obstat, saltem is, cuius officii est sacrarium disponere, & sacramenta suscipere.

IV.

13. q. 1. Qui
oblationes.

^f Qui oblationes defunctorum fidelium detinent, & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abiiciendi: quia vsque ad exinanitionem fidei peruenire certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem: qua & fideles de corpore recedentes votorum suorum plenitudine, & pauperes collatu alimonix & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde & quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, qua ait: *Amico quippiam rapere, furtum est: ecclesiam fraudare, sacrilegium.*

Hier. epist.
2. ad Ne-
potianum.

V.

Si quis episcopi sui sententiæ non acquiescit, recurat ad Synodum.

VI.

Ex epistola S. Clementis vtilia quæque, præfenti tempore ecclesiis necessaria, sunt honorifice proferenda, & cum reuerentia ab omnibus fidelibus, ac præcipue clericis, percipienda. Ex quibus quod specialiter placuit, propter venerandam an-